



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 114. Novi Cardinales ab Alexandro creati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

trem scripta indicare videtur, *Habitus es, Sæcul. XV.*
 inquit Papa, *charissime fili, devotissimus A.C. 1496.*
Princeps fidei, & religionis nostræ præci-
puus: Nec immerito ob Christianum nomen
egregie a progenitoribus tuis defensum, NO-
MEN CHRISTIANISSIMI *ab illis*
hæreditarium habes. Ferdinandus vero
Cognomento Catholici non sine invidia,
atque Regis Lusitani indignatione ab Ale-
xandro insignitus est, qui etiam apud
Romanam Sedem graviter hac super re
conquestus legitur, nec contentio cessa-
verat, donec universa Hispania sub unius
Regis dominium, scilicet Philippi II. re-
dacta esset.

§. CXIV.

Novi Cardinales ab Alexandro
creati.

Die decima nona sequentis Februarii *Raynald. hoc*
 Purpuratorum Senatus ab Alexan- *annon. 38.*
 dro Papa sex Cardinalibus augebatur (*) *Surita to. 5.*
 quorum *l. 2. c. 40.*
lib. 7. Bull.
secret. p. 361.

(*) Paggius in hanc rem observat, quod
Continuator Hist. Eccles. Abbatis Fleury inco-
gitans scripserit, Alexandrum die decima no-
na Februarii anni sequentis 1497. sex Cardina-
les creasse, Odoricum Raynaldum hoc anno
num. 38. pariter Suritam tom. 5. lib. 2. cap. 40.
petulantius citaverit, cum tamen Raynaldus loco
 L 3 *laudato*

Sæcul. XV. quorum nomina sunt, I. Philippus Luxemburgius natione Gallus, Episcopus Atrebatensis, postea Cenomanensis, Presbyter Cardinalis tit. SS. Petri & Marcellini, Episcopus Albanensis, ac Tusculanus. II. Bartholomæus Martini Hispanus Segoviensis Episcopus tit. S. Agathæ. III. Joannes de Castro itidem Hispanus, Episcopus Agrigentinus in Sicilia, & Administrator Ecclesiæ Slesvicensis in Dania, tit. S. Priscæ. IV. Joannes Lopez natione Hispanus, Episcopus Perusinus & Archipræsul Capuanus tit. S. Mariæ trans Tiberim. V. Joannes Borgia, Hispanus, Pontificis Nepos, Episcopus Melfitanus Cardinalis Diaconus tit. S. Mariæ in via lata. VI. Denique, Ludovicus de Arragonia Ferdinandi I. Neapolitani Regis nothus Filius, Averfanus Episcopus, postea Legionensis in Hispania, Cardinalis tit. S. Mariæ in Cosmedin. Eo tempore Borgia absens erat; tum enim apud Neapolis Regem Legationis munere fungebatur.

§. CXV.

laudato dicat Cardinalium Senatium hoc anno multum fuisse, & laudat Burchardum, qui quatuor tantum Cardinales recenset. Haud tamen dissimulare debemus, quod in editione Parisiensi non legatur, ab Alexandro die 19. Februarii anni sequentis, sed duntaxat Februarii sequentis Purpuratos fuisse creatos.